



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando solem aspiciamus. Exerci. 47

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Oblatio.

Offeremus Deo, perfectam illam tranquillitatem & serenitatem, qua Beatorum animæ in cœlis quo nulla potest appropinquare tempestas: perfruuntur: illumque pro ea laudabimus & glorificabimus.

Quando Solem aspiciamus.

Exercit. 47.

Psalm. 135. Dominus fecit solem in potestatem diei, & Lunam in potestatem noctis.

Mal. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ.

Eccles. 23. Oculi Domini multò plus lucidiores super Solem sunt, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi & hominum corda.

Sap. 3. Iusti fulgebunt sicut Sol.

Consideratio.

Considerabimus, de quam insigni lampade nobis Deus prouiderit, quæ mundum hunc illuminaret. Considerabimus præterea Deum esse sole iustitiæ & lucē inaccessibleem

bilem, quæ à nulla creatura nisi diuino lumine roboretur, conspici potest.

Gratiarum actio.

GRatias agemus Deo, pro insigni illo beneficio quo nos ornat, largiendo nobis solem materialem, quo nos illuminet: proque luce interiore tum fidei, qua nobis veram cognitionem suę diuinę maiestatis, mysteriorumque cœlestium præstat, & pellit ab animabus nostris errorum tenebras: tum gratiæ, qua fugat ab iisdem tenebras peccatorum, illasque soles splendidiore reddit.

Confusio.

ERubescemus: quod cum lux venisset in mundum, magis amaue- rimus tenebras quam lucem, existentes de illorum numero, qui noluerunt intelligere vt bene agerent.

Petitio.

PRecabimur, Deum, vt lucem & veritatem suam nobis impertia- tur: vt ab omni fictione ac deceptio-
ne li-

ne liberi, præcedamus illum in veritate, & tanquam filij lucis.

Oblatio.

Offeremus Deo perpetuam illam lucem quæ beati in cœlesti Hierosolyma perfruuntur, vbi lucerna ipsam illuminas est Agnus Dei: quæ hoc sole, quo nos vtimur longè lucidior atque splendidior est: pro quo ipsum laudabimus & glorificabimus.

Quando cœlum intuemur.

Exercitium. 48.

Psal. 102. Dominus in cœlo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur.

Psal. 112. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humiliat respicit in cœlo, & in terra.

Matt. 5. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.

Phil. 3. Nostra autē cōuersatio in cœlis est.

Consideratio.

Considerabimus cœlū esse scalam ad patrē & patriā nostram, cuius causa cōditi sumus. considerabimus præterea, nos in hoc mūdo peregrinos & exulis esse.

Gra-